

V F
LATINO

Indicazioni per gli/le alunni/e con la sospensione del giudizio

Ripasso degli argomenti di grammatica secondo il programma svolto. Dopo aver studiato le regole, lo studente esegua le versioni del fascicolo qui **allegato** (in fondo) e **gli esercizi qui di seguito con l'asterisco** (vedi 'per chi non ha avuto il debito').

Chi non ha avuto il 'debito' traduca, dal vol. 2:

Vers. 37 p. 245
vers. 51 p. 253
vers. 43 p. 280
vers. 'Il giuramento' p. 283
es. 9 p. 285*
es. 33 p. 290*
vers. 9 p. 297
vers. 21 p. 302*
vers. 30 p. 306
vers. 'Provvedete alla patria' a p. 363* + es. 11 p. 368*.

Come letture possibili, suggerisco:

Plauto, *Anfitrione; Pseudolo; Miles gloriosus*.
Omero, *Odissea* (bella la traduzione in prosa di E. Avezzù nel volume edito da Marsilio)
J.-P. Vernant, *L'universo, gli dèi e gli uomini*, Einaudi
D. Dal Corno, *Nella terra del mito*
R. Flacélière, *La vita quotidiana in Grecia nell'età di Pericle*, BUR (reperibile solo in biblioteca)
S. Panichi-D. Puliga, *In Grecia. Racconti dal mito, dall'arte e dalla memoria*, Einaudi.

M. Doody, *Aristotele detective*, Sellerio (e altri a seguire)
Agatha Christie (a scelta)
Sigfried Lenz, *Lezione di tedesco*, Neri Pozza
Betty Smith, *Un albero cresce a Brooklyn*, Neri Pozza
J.K. Jerome, *Tre uomini in barca (per tacer del cane)*
J. Joyce, *Dedalus. Autoritratto dell'artista da giovane*, Adelphi
J. D. Salinger, *Il giovane Holden*.

*Vedi allegato qui di seguito**

Venezia-Mestre, 8 giugno 2013

La docente

C. Pettenà

ALLEGATO
VERSIONI PER CHI HA LA VALUTAZIONE SOSPESA

1. CICERONE ARCHEOLOGO A SIRACUSA (da Cicerone)

Funzioni del nominativo, del dativo, dell'accusativo, dell'ablativo, cum + cong., subordinate infinitive oggettive, relative, periodo ipotetico.

Ego quaestor, Archimedis sepulcrum, ignoratum ab Syracusanis, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi. Tenebam enim memoria quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro sphaeram esse positam cum cylindro. Ego autem, cum omnia conlustrarem oculis, animadverti columellam non multum e dumetis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis (erant autem principes civitatis mecum) dixi me illud ipsum arbitrari esse quod quaererem. Immissi cum falcibus multi purgaverunt et aperuerunt locum; cum patefactus esset aditus, ad adversam basim accessimus: apparebat epigramma (dimidiatum fere) exesis posterioribus partibus versiculorum. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignoravisset, nisi a me, homine Arpinati, didicisset.

2. UTILITÀ DELLA FILOSOFIA

Funzioni del nominativo, dell'ablativo, gerundivo, perifrastica passiva, subordinate finali, relative, interrogative dirette e indirette, periodo ipotetico.

Non in verbis sed in rebus est philosophia; nec in hoc adhibetur, ut cum aliqua oblectatione consumatur dies: animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum et animum per varia consilia fluctuantem dirigit. Sine hac nemo intrepide potest vivere, nemo secure; innumerabilia accidunt singulis horis quae consilium exigant, quod ab hac petendum est. Dicet aliquis: "Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? Quid prodest, si deus rector est? Quid prodest, si casus imperat? Nam et mutati certa non possunt et nihil praeparari potest adversus incerta, sed aut consilium meum occupavit deus decrevitque quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna permittit." Quidquid est ex bis vel si omnia haec sunt, philosophandum est; sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive deus arbiter universi, cuncta disposuit, sive casus res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet.

' **Quidquid ... haec sunt:** "*Qualunque di queste cose esista o se esistono tutte*".

3. IL MONDO È STATO FATTO PER GLI UOMINI (da Cicerone)

Funzioni del nominativo, del genitivo, dell'ablativo, perifrastica passiva, subordinate infinitive soggettive, relative, concessive, comparative, periodo ipotetico.

Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, quaeque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum inventa sunt. Est enim mundus quasi communis domus deorum atque hominum aut urbs utrorumque; soli enim homines, ratione utentes, iure ac lege vivunt. Ut igitur putandum est Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemoniorumque causa conditas esse omniaque, quae sint in bis urbibus eorum populorum recte esse dicuntur, sic, quaecumque sunt in omni mundo, deorum atque hominum putanda sunt. Iam vero circuitus solis et lunae reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinente, tamen et spectaculum hominibus praebent; nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior et ad rationem sollertiamque praestantior; eorum enim cursus dimetati maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus. Quae si

hominibus solis nota sunt, hominum causa facta esse iudicandum est.

eorum populorum recte esse: "giustamente appartengono a quei popoli".[^] **quamquam ... pertinent:** "sebbene contribuiscano a mantenere la compagine dell'universo". **dimetati:** participio perfetto da **dimetor, dimetatus sum, ari** concordato con il soggetto di **cognovimus. Cognovimus:** perfetto logico.

4. IL SECCATORE (versione in prosa da Orazio)

Funzioni del nominativo, del dativo, dell'ablativo, ablativo assoluto, cum + cong., subordinate temporali, causali, finali, infinitive soggettive e oggettive, relative, interrogative dirette.

Ibam forte via Sacra, ut meus mos est, nescio quid nugarum meditans, totus in illis. Occurrit quidam notus mihi nomine tantum, arreptaque manu, "Quid agis, carissime?" ait. "Suaviter." inquam. Cum ille adsectaretur, ego, misere discedere quaerens, modo ibam celerius, modo consistebam, cum sudor ad imos talos manaret. Cogitabam tacitus, cum ille quidlibet garriret, et vicus et urbem laudaret. Quoniam illi nihil respondebam, "Misere cupis," inquit, "abire, iamdudum video; sed frustra. Persequar. Quo nunc tibi iter est?" "Nihil opus est te circumagi: quendam volo visere non tibi notum". "Nihil habeo quod agam, et non sum piger; te sequar". Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus, cum dorso subiit gravius onus. Haec dum agit, ecce amicus mihi carus occurrit. "Unde venis, quo tendis?" rogar. Manum eius arripio, nutans, distortuens oculos, ut me eripiat ex ilio. "Certe nescio quid secreto te mecum velie loqui aiebas". "Memini bene, inquit, sed meliore tempore dicam." Fugit improbus ac me sub cultro relinquit.

5. L'AMICIZIA NELLA VITA DI UN ROMANO (da Cicerone)

Funzioni del nominativo, dell'accusativo, dell'ablativo, subordinate relative, interrogative dirette, periodo ipotetico, comparative.

Quid dulcius est quam aliquem habere quocum omnia audeas sic loqui ut tecum? Qui fructus esset in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis aequae ac tu ipse gauderet? Adversas res vero ferre difficile esset sine eo qui illas gravius etiam quam tu ferret. Amicitia res plurimas continet: quoquo te verteris, praesto est, nullo loco excluditur, numquam intempestiva, numquam molesta est; itaque non aqua, non igni, ut aiunt, magis utimur quam amicitia. Neque ego nunc de vulgati aut de mediocri amicitia, quae tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor. Nam et secundas res splendidiore facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores.

quocum ... audeas: relativa impropria con valore consecutivo; **omnia** è accusativo retto da **loqui. Qui ... ferrei:** "che le sopporti soffrendo anche più di te".

6. UN POCO DI RELAX È SALUTARE PER TUTTI

Funzioni del nominativo, dell'ablativo, gerundivo, cum + cong, subordinate comparative, infinitive oggettive.

Saepe ex socero meo audivi Laelium Scaevolam cum Scipione solitum esse rusticari eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe tamquam e vinculis evolavissent. Scaevola ipse ita solet narrare, eos conchas et umbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere consuevisse et ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Quemadmodum volucres videmus effingere et construere nidos et, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere volitare, sic nostri animi, negotiis forensibus atque urbano opere defessi, gestiunt ac volitare cupiunt vacui cura ac labore.

19. L'IMPERATORE ADRIANO E L'HUMANITAS

Funzioni del nominativo, dell'accusativo, gerundio, subordinate finali, consecutive, infinitive, relative.

Statura fuit procerus, forma comptus, flexo ad pectinem capillo, promissa barba, ut vulnera, quae in facie naturalia erant, omnes celaret, habitudine robusta. Equitavit ambulavitque, armis et pilo se semper exercuit. Venatus frequentissime leonem manu sua occidit. Venando autem iugulum et costam fregit. In convivio tragoedias, comoedias, sambucas, lectores, poetas semper exhibuit. Tiburtinam villam mire exaedificavit, ita ut in ea et provinciarum et locorum celeberrima monumenta imitaretur, velut Lycium, Academiam, Prytanium, Canopum, Poecilen, Tempe. Et, ut nihil praetermitteret, etiam inferos flnxit. Amavit praeterea genus vetustum dicendi. Controversias declamavit; Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Sallustio Caelium praetulit eademque iactatione de Homero ac Platone iudicavit. Et moriens quidem hos versus fecisse dicitur: "Animula vagula blandula, hospes comesque corporis, quae nunc abibis in loca pallidula rigida nudula nec, ut soles, dabis iocos!"

20. EDUCAZIONE DI MARCO AURELIO(da *Histori a Augusta*)

Funzioni del dativo, dell'accusativo, gerundio, usi del relativo, ablativo assoluto, subordinate temporali, consecutive, relative.

Marco Antonino, per totam vitam viro philosophanti qui sanctitate vitae omnibus principibus antecellit, pater fuit Annius Verus. Fuit a prima infantia gravis. At ubi egressus est annos, qui nutricum auxilio fovetur, a magnis praeceptoribus inidis philosophiae institutus est. Usus est magistris ad prima dementa Euphorione litteratore et Gemino comoedo, musico Androne eodemque geometra. Quibus omnibus ut disciplinarum auctoribus plurimum detulit. Tantum autem studium philosophiae in eo fuit, ut, adscitus iam ad imperium, tamen ad Apollonii domum discendi causa veniret. Educatus est in Hadriani gremio, qui illum Verissimum nominabat. In saliatu imperii omen accepit: omnibus coronas in pulvinar ex more iacentibus, aliae aliis locis haeserunt; huius corona autem, velut manu capiti posità Martis aptata est.

121. CARACALLA (da *Historia Augusta*)

Funzioni del nominativo, dell'accusativo, cum + cong, usi del relativo, subordinate infinitive soggettive, relative, comparative, interrogative indirette, periodo ipotetico.

M. Aurelius Antoninus Bassianus nomen Caracallae accepit ab inusitato vestimento demisso usque ad talos, unde hodieque Antoniniana dicuntur caracallae huiusmodi, in usu maxime apud Romanam plebem. Ipse Romae opus reliquit thermas eximias ex nomine eius appellatas. Sacra Isidis Romam deportavit et tempia ubique magnifica eidem deae fecit. Sacra etiam malore reverentia celebravit, quam ante celebrabantur. Interest scire quemadmodum novercam suam Iuliam uxorem duxerit. Quae cum esset pulcherrima et quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudavisset, dixit Antoninus: "Vellem, si liceret". Illa respondisse fertur: "Si libet, licet. Te enim imperatorem decet leges dare, non accipere".

10. LA BATTAGLIA DI PONTE MILVIO(da Lattanzio)

Funzioni dell'accusativo, usi del relativo, ablativo assoluto, subordinate temporali, comparative, complete volitive, infinitive soggettive e elettive, relative.

Dimicatum est, et Maxentiani milites praevalebant, donec Constantinus, confirmato animo, ad urbem propius admovit et apud pontem Mulvium consedit. Commonitus est ille in quiete, ut caeleste signum dei notaret in scutis atque ita proelium committeret. Facit ut iussus est et transversa X littera¹, summo capite circumflexo, Christum in scutis notat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum. Procedit hostis obviam sine imperatore pontemque transgreditur, acies pari fronte concurrunt, summa vi utrimque pugnatur. Fit in urbe seditio et Maxentius dux increpitatur velut desertor salutis publicae, cum repente populus una voce subclamat Constantinum vinci non posse. Qua voce ille consternatus libros Sibyllinos inspicere iubet, in quibus repertum est illo die hostem Romanorum esse periturum. Quo responso in spem victoriae inductus Maxentius procedit, in aciem venit. Confecto tandem acerbissimo bello cum magna senatus populi Romani laetitia senatus Constantino virtutis gratia primi nominis titulum² decrevit.

¹ **transversa X littera:** *prima dello scontro decisivo Costantino affermò di aver visto un simbolo in cielo in cui riconobbe le iniziali di Cristo, con la frase "In hoc signo vinces". Segnò quindi sugli scudi il monogramma della parola Chrestòs, formato dalle lettere greche iniziali X-P.* ² **primi nominis titulum:** *"il titolo di primo degli Augusti".*

24. LA MORTE DELL'IMPERATORE GIULIANO(da Ammiano Marcellino)

Funzioni dell'accusativo, usi del relativo, gerundio, ablativo assoluto, subordinate temporali, causali, infinitive oggettive, interrogative indirette.

Quae dum ita aguntur, Iulianus in tabernaculo iacens, circumstantes adlocutus est demissos et tristes: "Advenit, o socii, nunc abeundi tempus et vita, impendio¹ tempestivum; hanc vitam enim natura reposit, atque ego redditurus sum, non (ut quidam opinantur) adflictus et maerens, sed exultans; nam philosophorum sententia perdoctus, conscius sum quantum animus beatior corpore sit. Nec me gestorum paenitet aut gravis flagitii recordatio stringit; etiam post principatum susceptum, animum immaculatum, ut existimo, conservavi, et civilia moderatius regens et, examinatis rationibus, bella inferens et repellens. Reputans autem iusti imperii finem² esse oboedientium commodum et salutem, ad tranquilliora semper propensior fili, licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corruptricem et morum. Nec hoc fateti me pudebit: dudum didici, ex certa praedictione, me interiturum ferro esse. Ideoque sempiternum veneror numen quod non clandestinis insidiis nec longa morborum asperitate fine decedo, sed in medio cursu florentium gloriarum hunc clarum ex mundo digressum merui".

¹ **impedio:** *avverbio.* ² **finem:** *attenzione al lessico, ovvero al senso!*